

¶ VIII. *universalis Ecclesie circo ambulant, salvantur: licet & ipsi salvari potuissent.*

---

Quæstio. II. Quòd una sit Ecclesia.

23. Porro decernit Confessio nostra, quòd una sit Ecclesia, Symbolici Apostolici imitata Aphorismum, quo non plures sed unam nos credere Ecclesiam profiteamur.

24. Nititur assertio istæ autoritate Apostolica, quæ unitatis termino notantur pleraque, quæ de salutis nostræ negotio dici possunt: Eph. 4. 4. & 5. *Vnus est Spiritus, una spes vocationis, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus DEVS & pater omnium: Vnum corpus Christi, quod est Ecclesia, cuius ipse Caput.* Ephes. 1. 22. & 23.

25. Hinc unus in scripturis celebratur pastor: grex unus: Ezech. 34. 23. Iob. 10. 16. una ex Iudæis & gentibus Ecclesia diruto per Christum maceria interstitio, & ex utrisque uno facto Corpore. Eph. 2. 14. & 16.

26. *Vnitas hæc vera duntaxat Ecclesia est propria: cui ex adverso falsæ multæ Ecclesie sunt oppositæ, quas Scriptura Malignantium Ecclesias nominat, Psal. 26. 5. quasque Psaltes perfecto odio se odisse profiteatur, Psal. 139. 21. & 22.*

Veri.